



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De Eucharistiæ ministro & tempore quo est sumenda c. 17. 18. & 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

*De Eucharistiæ ministro, & tem-
pore, quo est sumenda. Cap.
17. 18. & 19.*

Sacerdos curatus est proprius
huius Sacramenti minister,
quamuis Diaconus in necessi-
tate de licentia curati præsetis, vel
sine licentia eo absente. absq; cul-
pa ministret. Nunc tamen multi
etiam religiosi habent potestatem
administrandi Eucharistiam, in-
ter quos SOCIETAS IESV.
& in genere peccat minister huius
sacramenti illud ministrando il-
lis quibus non potest, aut debet,
vt sunt publici peccatores, ante
peractam poenitentiam, & alii de
quibus supra, aut modo quo non
debet, vt sub vtraque specie, vbi
non dispensat S. R. vel sine negligētia
illius infirmus excedat sine viatico.
Sacra communio sumenda est sal-
tem semel in anno, & quidem in

Paschate, nisi confessarius aliter
 faciendum iudicaret: & per tem-
 pus Paschæ hic intelligitur totum
 tempus quo d est à dominica palma-
 rum vsq; ad dominicam Quasimo-
 do, ipso verò die Paschæ debet q
 libet communicare in sua paro-
 chia nisi habeat potestatem à pa-
 rocho. Si quis autem hisce diebus
 non communicauit, non tenetur
 sub noui peccati culpa illo anno
 amplius communicare, nisi im-
 minente mortis articulo. At ve-
 rò quemadmodum confessionis
 præceptum non obligat in aliqua
 parte temporis determinata, sic
 non confessus vno anno re-
 netur sub noui peccati vinculo
 habita commoditate, mox con-
 fiteri. Frequentia autem sacra-
 communions non est in præ-
 cepto, sed laudabilis & animæ pro-
 bè dispositæ saluberima: commu-
 niter tamen satis est communica-
 re singulis hebdomadis semel.